cum magna satis honorificentia ad ecclesiam illud[j] sancti Vincentii[128] detulerunt et missa ibi sollemniter celebrata ad villam exinde, quę Squilla vocatur, profecti sunt. Ubi videlicet cena facta cibo refocilati innumera interim tam cleri quam populi multitudine confluente[k] *(p. 266)* accipientes sanctas confessoris Christi reliquias, pedester comes ipse cum omnibus, qui convenerant, per milia circiter septem[l] profecti cum ingenti tripudio et lętitia cumque hymnis et confessionibus[η]

> η) *folgt getilgt:* Caiatiam detulerunt easque super altare beatissimę dei genitricis Marię decenti honore ac reverentia posuerunt, glorificantes ac benedicentes dominum, qui[129] non deserit confidentes in se et de[130] sua misericordia pręsumentes.

ad[m] ecclesiam sancti Stefani de Monticello[131] non valde procul a Caiatia detulerunt ibique nichilominus totam ex integro noctem illam in omnipotentis dei eiusque sancti confessoris laudationibus exegerunt. Facto itaque mane, quod[n] in sabbatum palmarum sollemnitatem pręcedens illucescebat[o], ipsa die kalendarum Aprilium rursus[p] cum universa illa <p>opulorum frequentia lipsanum <s>ancti corporis comes assumens per viam, quam vulgus car<r>aram appellat, usque ad <p>ortam pręfatę civitatis <per>duxit ibique ab episcopo loci venerabiliter receptum[q] <c>um innumera diversi sexus multitudine deum glorificantium ad ecclesiam episcopii <est> delatum. Posito

---

j) *über der Z. hinzugefügt.* k) *siehe oben Var. h.* l) *am Rand hinzugefügt; folgt am Rand* aut tria nescio quot, *dies später wieder getilgt.* m) ad – constituit *(siehe unten Var. bb) am Rand von p. 266.* n) quod – rursus *(siehe unten Var. p) am oberen Rand hinzugefügt.* o) *korr. aus* illuscebat. p) *siehe oben Var. n;* rursus *doppelt, einmal am oberen Rand, ein zweites Mal links am Rand.* q) *folgt* et *V.*

---

128) *Zur Zelle S. Vincentius im Gebiet von Tocco Caudio, die dem Kloster San Vincenzo al Volturno gehörte, vgl. Vincenzo* FEDERICI, *Chronicon Vulturnense del monaco Giovanni 3 (Fonti per la storia d'Italia 60, 1938) S. 270.*

129) *Papst Johannes VIII., (JE 3238), hg. von Ericus* CASPAR, *MGH Epp. 7 (1928) S. 142 Nr. 176:* qui non deserit confidentes in se*; Gregorius Magnus, Registrum 13,23, hg. von Dag* NORBERG *(CC 140A, 1982) S. 1024:* qui confidentes in se non deserit.

130) *Iudith 9,17:* de tua misericordia praesumentem.

131) *Zu der Kirche vgl. C. A.* SPARANO, *Cesarano frazione di Caiazzo (Napoli 1983), mir nicht zugänglich.*